iuramentū sic generaliter p̄stitum videtur excludi ne duz beneficiuz minoris sed ē beneficium iuris cōis. 7 sic accedit qd nō. de rescin. ven. l. ij. 7 de emp. 7 ven. l. i. ad fi. s3 cōtra. videt nā mulier videt dolo 7 fraude inducta ad sic p̄mittendū 7 iurandū cū suggestus fuerit eidē q̄ pater le gauerat eidē solūmodo ducentas libras. vnde ip̄a volens parere facto 7 dispositioni paterne q̄ iura ei suadent. ut de regula. sicut verū. 7 d̄ despon. impube. c. ij. reputauit se contentā de eo de quo al̄s nō reputasset se contentāz si hoc p̄scinisset. oī hoc. C. de heredi. insti. l. si pater. 7 ti. p̄cedenti. l. vt cōfessio. iuramentū aut nō extendit ad id ad qd nō ē cogitātū. nec verisimile erat de iure iur. c. venies 7 de renun. c. ij. Itē iurando nō videt renuntiasse quod ignorabat. ff. de peti. here. l. legitima. 7 de inoffi. testa. l. mater. sed ista p̄sumit ignorasse. q̄ certificatio ē solēntas extrinseca q̄ non p̄sumit nisi p̄betur. ff. de publi. l. quēcū q̄. §. si. sed iuris ignorantia nō nocet in talibus nisi probe tur 7 minoribus 7 mulieribus. sed hic cōcurrūt sexus q̄ mulier 7 q̄ minor. vi. ff. de pba. l. cum de indebito. 7 de iuris 7 fac. igno. l. penl. ij. r̄iso. de hoc nō. Ep̄. post. Zy. in. l. ij. C. de rescin. ven. 7 Jo. an. post eos in nouella. de emp. 7 ven. c. pe. Sed dicas q̄ ista cessant q̄ in instrumēto dicit certificata. Ad hoc r̄ideo q̄ dictum instrumētuz non p̄bat certificationē. nā instrumētū facit fidē de hijs q̄ iuter cōtrahentes geruntur. nō aut de hijs q̄ ip̄se nota rius dicit se fecisse. ar. C. de testi. l. omnibus. facit qd nō. Inno. de pba. c. qm̄. supra v̄bo occurrerit. q̄ dicunt q̄ licz dicat in instrumēto oblato libello 7 lit̄. cong. talia v̄ba nō probant litis cong. ad hoc de p̄nile. si papa. li. vi. 7 in Spec. de pba. §. si. v̄. sed ponit iudex. 7 per ista iura 7 ra tōcs illoz doctoꝝ 7 p̄ rōnem. l. C. de eden. an̄. si quis in aliquo documento. cōiter tenet q̄ si i actis repiatur talis iuratus sic dixit 7 deposuit. q̄ talis scriptura non p̄bat sa cramentū sed solum depositōnē. idē tenet Jo. an. in addi tio. Spec. in ti. de teste. §. seqtur. in fi. q̄ hic pōt concludi cū ratōe falsē 7 dolose suggestionis. tunc q̄ nō p̄bat certi ficatio 7 q̄ cōiter accidit mulieribus in tam tenera eta te si parū post. xij. annū circūueniri a cōsanguineis. 7 q̄ talis certificatio circa renuntiationes p̄dictas nō sit facilis q̄ ta le iuramentū ideo sit obligatorium. 7 q̄ mulier relinq̄tur dispositioni iuris cōis. P̄terea fm̄ Ludo. in. d. l. q̄ sup stitis. allegata p̄ dño Jo. facit q̄ posito q̄ ista filia incon grue dotata b̄to respectu ad quantitātē p̄monij tamen q̄ h̄z pōt iterū petere a p̄re aut cōsanguineos cōpelleret ut p̄grue iudicis arbitrio dotet 7 dos ei suppleatur. vt ele gan̄ dixit Bal. se p̄sulniffe in. l. si. C. de dos. p̄miss. ar. l. si nō mortis. vbi ē hoc dictū ponit. ff. de ioffi. testa. 7 ar. l. si filia. de leg. iij. ponendo exemplū de statuto dicēte. q̄ filia dotata stantibus masculis nō succedat videt p̄ rōnes p̄dictas. videlicet vt actus magis valeat q̄ peat. ne veniat p̄ factū suū hāc repudiationē nō posse infringē. Sexto. d. c. quāuis. de pac. limita fm̄ Ful. in allegata. l. pactuz qd̄ dotale. qm̄ illa repudiatio seu renuntiatio facta ē i manib⁹ p̄ris. secus si i manibus fratꝝ suoz. q̄ tunc nō h̄z locū. d. c. quāuis. 7 ita dicit se consuluisse in maxima q̄one de fa cto. tñ i recollectis suis q̄s habeo nō allegat p̄ hoc aliq̄s rōnes. sed tñ auctoritatē suā. rō pōt eē q̄. d. c. quāuis. loq̄ tur i filia nū a p̄re dotata. nō aut a fr̄ibus seu alijs. ergo min⁹ conigit ius civile q̄ pōt. hoc tñ suū dictū nō videtur v̄cp̄. p̄mo auctoritate f̄ede. de senis i. d. p̄silio extendens d. c. quāuis. ad f̄res dotantes. sc̄do auctoritate Bal. qui hoc firmat l̄z f̄ede. nō allegat i. d. aū. sacramēta 7 p̄ ra tiones. p̄mo q̄ l̄z repudiatio facta fuerit fr̄ibus. attamē durat rō. d. c. quāuis. videlicet q̄ seruandū sit iuramētuz q̄ nō vergit i dispendiū salutis eterne. ergo durat ei⁹ di spositio. p. l. q̄ dictū. cū alijs supra allegatis. Itēz 7 sc̄do

q̄ dictū. c. quāuis. disponit dictā renuntiationē in manib⁹ patris factā valere. cuius p̄sum videbat rōne p̄sumpti metus q̄ resultat ex reuerentia quā filia gerit p̄ri. iuxta. l. ij. §. q̄ honorande. ff. quaz rerū actio nō datur. ff. de furt. l. pc. ff. qd̄ metus cā. l. si. §. si fenerator. 7 qd̄ nō. Inno. ex tra. de offi. deleg. c. cām mulieris. multomagis valet repu diatio fratri facta a quo nullus p̄sumitur inferri metus. q̄ par in parē non h̄z iperium. ad hoc. ff. ad trebel. l. ille a quo. §. intempestinū. ff. de arbi. l. nam 7 magistratus. P̄terea pone q̄ dicta filia fratribus renuntians esset minor nōne dices tu q̄ iuramentū sup renuntiatione ap positū habeat cam validare. 7 certe sic q̄ aū. sacramēta. loqnēs i p̄ctibus h̄z locū ē in quibusdā d̄stractibus licet sit glo. nō. i corpore vnde sumitur. d. an̄. 7. l. iij. §. p̄ p̄ius ff. de p̄io iudicio int. si ergo in minor valida fuerit dicta repudiatio. seu renuntiatio multo forti⁹ 7 i maiori i quo nō p̄currit dictus defectus. ex q̄bus videtur hoc dictum Ra pha. ful. non eē verū. Septimo. d. c. quāuis. fm̄ Bal. nō. in. c. i. §. sacramēta. de pace iura. fir. nō habere locuz in repudiatione iudeoz aut hereticoꝝ ea ratione q̄ iura menta non cadūt i eos actue neq̄ passue. vt. l. pe. C. de hereti. qd̄ dictū non videt verū. q̄ sicut xp̄ianus iurans p̄ olienos decos obligatur ex tali iuramēto. vt dixit Inno. in. c. 7. si xp̄us. de iure iur. ita ē 7 iudei iurāt per nostrum xp̄m obligati eē videntur q̄ p̄iorum eadem ē disciplina 7 melioris p̄ditionis sunt iudei 7 heretici q̄ xp̄iani p̄tra. l. non solū. de noxalibus. ff. qd̄ vi aut clā. l. q̄ seruus. cū si. ad hoc facit qd̄ nō. Inno. extra de voto. c. q̄ sup. vbi dicit q̄ papa punire posset iudeos peccātes i moralibus aut i lege nature. ergo punire pōt si cōtra iuramentū d̄mini no minis veniēt. satis enī peccat in naturā si deū qui ē natu ra naturās offendit. insti. de v̄bo. obli. §. p̄tincns. cogita dicit Ludo. idem Ludo. i. l. pactū qd̄ dotale. C. de coll. dicit. adde q̄ licet dictū Bal. reprobauerit in. l. q̄ supstitis. attamen p̄ eo facit 7 potest iduci glo. ad hūc propositum singularis. i aū. insurandū qd̄ p̄statur ab hijs. circa p̄n. dicens q̄ ideo iudeus aut hebreus officialis eē non pōt q̄ in eis cadere non potest iuramentū qd̄ officiali p̄stare tenentur positū in aū. iusurandū qd̄ p̄statur ab hijs. all. Secundo iduci potest qd̄ elegan̄ nō. Bal. i rubri. ff. de iusti. 7 iure. dicens q̄ l̄z iure. f̄oz. iudeus possit eē xp̄iani tutor. vt. l. spadonē. §. iam aut iudei. de excusat. tuto. attamen iure hodierno nouissimo non poterit q̄ non pōt in eo cadere iuramentū qd̄ requiritur ab eo p̄stari dū tutelam assumit. cuius forma nō. C. de administra. tuto. l. si. ita iu p̄posito non videtur h̄re locū dispositio. d. c. quāuis. cuz in iudeis non potest cadere iuramentū p̄ xp̄m. aut p̄ n̄f̄as religionē. Hijs tñ non obstantibus teneo qd̄ tenui dicit Ludo. i. d. l. q̄ supstitis. p̄mo q̄ licet non possint iurare p̄ religionē nostrā tamen inrabunt p̄ suā quā eque tenentur seruare sicut 7 nos n̄fam. xxi. q. v. mouet te. firma. Spe cu. in ti. de iuramēto calumnie. §. restat. v̄. sed pone iude us. Secundo idē probat p̄r reductionem ad aliud absurdū q̄ sequeretur q̄ iudeus nullo modo posset eē testis p̄ xp̄ianā cū non possit iurare p̄ nostrā religionē. qd̄ quides iuramentū ē de forma substantiali ip̄ius testificationis. d̄ testibus. l. iurifurandi. hoc aut falsū est q̄ imo potest con tra xp̄ianus testificari improbanda interruptione p̄scri ptionis fm̄ casuz singularē fm̄ glo. C. de hereti. l. pe. 7 te netur iurare p̄r suam religionem per supra dicta. non obstat aū. iusurandū. q̄ non est illa ratio quā ip̄se pōt quare iudei ad officiū assumi non debent. sed est illa quia iudeis omnis dignitas ē interdita. C. d̄ iudeis. l. si. nō ob stat q̄ dicit Bal. in. d. rubri. q̄ possumus dicere q̄ dictū suū est falsum p̄ reductionē ad illa duo absurda de qui bus. d̄. dixi. Itē q̄ potest iurare per suam religionē. vt su



pra est dictum. vel si volumus tenerè illud quod dicit eè  
 verū alia ratōne fortificari potest. s. q. ideo iure bodierno  
 tutor cē non potest. q. singula eius bona de iure sunt pu  
 blicata. C. de here. aug. gazaros. licet hodie de facto tene  
 ant. 7 ideo cū non possint ydonee satisfacere sūm formas de  
 tuto. 7 cura. qui non sātis. q. d. est spāle i administratione  
 tutelc vt ibidem. ergo 7 ita per hanc rationē consilui di  
 cit Ludo. sustentando Bal. i ciuitate Bono. 7 obtinui  
 3 famosissimos doctores. Octauo limita illud .c. quānis.  
 hñe locū negatiue non affirmatiue. vt per Bar. in. d. l. si  
 quis pro co. ff. de fideicomis. 7. d. l. pactis quod dotale. p  
 alios q. i. l. pactum. Limita etiam sūm Bar. eundē in. l.  
 quesitū. que als incipit. si tibi. ff. de adoptio. non pcedere  
 in filio legitimo a pñe q. cum hac moderatiōe legitia  
 re potest ne sibi succedat. q. cū ex eius patris beneficio le  
 gitimatiōe psequatur potest ei legem quā vult imponē  
 ar. C. de pactis. l. legem. 7 hoc dictum ē satis notabile lz  
 non habeat in oibus lecturis. Et aduertē q. q. renūci  
 ando bonis maternis non pūatur successiōe fraterna  
 ab intestato in eiusdē bonis. vt tenit in suo consilio Ol  
 dradus. cuius tenor talis ē. Filia renūciat bonis pater  
 nis que puenerunt ad fratrem suū heredē mris prediēte  
 deinde moritur frater ab intestato relicte dicta filia 7 alia  
 eius sorore q. non renūtauerat. an excludatur virtute  
 renūtiatiōis. 7 vidētur dicendū q. si filia renūtiat  
 bonis maternis 7 illa bona postea puenerunt ad fratres  
 q. virtute dicte renūtiatiōis non pbibeatur succedē fra  
 tri ab intestato deccenti in bñs que ad eum puenerunt  
 a mfe. ff. de bonis liber. l. si filius. in prin. nec enim venit  
 ad ea vt mra sed vt fna. ad hoc facit. ff. de leg. i. l. si mi  
 hi 7 tibi. in prin. ff. de solū. l. si dono. mutatōne eni psonē ce  
 perunt eē bona fraterna. ff. de acqui. here. l. paulus. §. i.  
 C. de inoffi. testa. l. si. ff. de coll. bo. l. i. §. nec castrensē. ex  
 tra. de renun. c. curat. sicut si vocaret ad successiōem pu  
 pillarē per eū a quo capere nō posset. q. tunc adueniētia  
 a substituto a quo cape non posset nō admitteret et tanq.  
 substitutus ad alia sic. ff. de vulga. 7 pupil. l. si is q. ex bo  
 nis. 7 p hoc facit. ff. de pet. here. materterē peti. 7 quod  
 nō. ff. de inreiu. l. eū q. §. si liberus. Oldradus. Dicit  
 vterius Ludo. in. d. l. q. supstitis. q. Bar. q. sūm de una  
 notabili qōne i. d. l. q. supstitis. an repudiatio filie facta de  
 successiōe pūdicet filijs ipsius filie 7 sic nepotibus. deci  
 dit q. nō pūdicat et si ipsi filij veniunt ex psona mris euz  
 aunculis ipsis 7 patris q. ex sua venire nō pū euz sint  
 in gradu posteriores. vt ant. cessante. 7 ant. post fces. C.  
 de legitimis here. 7 ant. de imp. §. solato. ratio Bar. est  
 q. licet veniat ex psona matris tū boe dāt ipsi filio. ex le  
 gis beneficio q. d. inducit filios in locū matris repudiantis  
 succedere in xta. l. i. cū si. C. de successio. edicto. 7. l. gallus.  
 in prin. ff. de libe. 7 posthu. l. posthumoz. ff. d. iusto rupto  
 7 irrito testa. q. d. legis beneficiū a mfe filijs nō potuit au  
 ferri. all. l. si arrogator. ff. de adop. adde. l. si. de repudi.  
 bo. poss. Itē hoc dictū videt verū. q. iuramentū vni non  
 debet pūdicare alteri. l. si. §. filijs aut. C. de bonisq. lib.  
 in glo. Aduertē tū q. glo. fi. in. d. c. quānis. de pactis. lib.  
 vi. tenuit pūm licet Bar. de ea nō faciat mentionē. Et  
 ideo p pcordia debes notare vba Bal. in. l. pactū. C. de  
 coll. q. aut querit an pūdicet filijs venientibus iure suo  
 tū vt puta qū veniunt cū alijs sribus. 7 tunc repudiatio  
 materna nō pūdicat q. pactū vnius nō pōt tollere ius al  
 terius. l. si. ff. de pactis. l. si post mortē. §. si. ff. de p. ratab.  
 aut filij veniunt ex psona mris. 7 tunc aut filia decessit vi  
 nente patre. 7 tūc q. filij legis beneficio subintrant ei? lo  
 cū. vt. d. l. i. de successio. edic. 7. l. posthumoz. 7. d. l. gall.  
 7 similiter nō pūdicat repudiatio materna. p. d. l. si arro  
 gator. 7. d. l. si. quod limita nisi filia renūciaffet dicēs se

parte sua fore pteatā. q. tūc sūm Bal. in allegato loco no  
 tabiliter filij excludunt non tantū repudiatiōis iure. lz  
 et quia mater sua habuit suā partem vltraq. nepotē vte  
 ritus habere non pū. aut filia decessit post mortē patris 7  
 tunc filij excludunt. Imo q. non pōt dici q. ipsi filij sibi  
 trent locū matris. q. mater tpe mortis patris vinebat pro  
 hoc. l. si quis filia. C. de inoffi. testa. 7. l. si quis filio exbe  
 redato. ff. de iniusto rupto. Item scdo q. ex quo iuebat  
 dicta filia que non poterat ex vi repudiatiōis succedere ac  
 creuit pars eius cōfratribus ut. l. i. C. qū non petentium  
 partes. cū si. merito materni filij excludunt. 7 bec sū ele  
 gantia verba Bal. aliquibus additis in. d. l. pactū q. d.  
 dotale. quā distinctiōne i hoc articulo teneas vt verissimā  
 7 p bñs 7 dicto Bar. facit quod nō. in. l. liberoy. ff. de  
 verbo. signi. 7. l. ij. circa fi. ff. de stabul. Et vide circa hoc  
 ea que dicit Bal. in. l. si. C. de pactis. 7. l. si q. §. i. C. de  
 inoffi. testa. 7 inquantū Bal. in. l. pactū q. d. dotale. appo  
 bat opi. glo. tenendo q. de iure pactū future successiōis  
 puatiūm iuramento nō firmat. per. l. nō dubiū. C. d. le  
 gibus. 7 p. l. si q. inglinos. §. si. de leg. i. Adde q. sūm Lu  
 do. q. lz hoc posset eē verū. attamē dispositio .d. c. quānis  
 in vtroq. foro ē seruanda. q. in spūalibus vt ē iuramentū.  
 lex succēbit omnino canoni. extra. de psangui. 7 affi. e. i. i  
 fi. 7. c. ex pquestione. extra. de resti. spo. plene nō. Jo. an.  
 in. c. i. de noni ope. nunc. 7 legisse i. l. pūilegia. C. de sac.  
 san. eccle. Itē inquantū Bal. dicit et in. d. l. pactū. q. re  
 nūtiatio p filiam metu 7 reuerentia paterna iducta 7 fa  
 cta p filia non obligat. p. aug. sacramenta puberū. C. si ad  
 uersus ven. 7. d. c. cū ptingat. 7. c. quānis. 7 inuctis bñs q.  
 nō. p. glo. 7 docto. in. l. i. §. q. honorande. ff. quarū renū  
 act. non datur. Adde q. de metu q. ob reuerentia pater  
 nā inducitur habes tex. optimū in. l. antepe. ff. de furtis.  
 lz Bar. in. d. l. pactum ē rome. allegat. l. si. eiusdē tituli.  
 7. l. si cū dotē. §. co. aut tpe. ff. solu. ma. 7. l. si pater. ff. d. ri  
 tu nup. 7 plene nō. Bal. in. l. interpositas. C. de transae.  
 7. ff. de condi. ob turpem causā. l. si obturpē. 7 idē Bal.  
 in. l. fideiussoz. 7. §. pater. ff. de pigno. 7 Imo. in. c. causā  
 matrimonij. extra. de offi. deleg. vide plene i clausula. nō  
 vi non metū. Itē inquantū Bal. q. rit an valeat renūtia  
 tio facta p prodigum dicte successiōis euz iuramento adde  
 dicta p Bal. in. l. i. ff. de curatore fu. 7 Bar. in. l. is cui  
 bonis. ff. de vbo. obli. 7 vltra alios late disputat Sede. de  
 senis in consilio suo tertio. 7 per dñm Anto. de bu. in. d.  
 e. cum cōtingat. Item inquantū Bal. ibi firmanit q. si fi  
 lia facit generalē quietatiōne patri de omni eo q. d. p ptes  
 sibi debetur. non intelligitur venire id ppter q. d. patrem  
 rei ven. puenire posset. per tex. l. hereditoz. §. ticia. 7. l. aure  
 lius. §. meua. ff. de liber. lega. Adde quod idē tenuit in  
 l. necessitatem. C. de fideicom. 7 videtur glo. ordi. in f. d.  
 actio. in prin. super verbo debet. volens q. debitū ex rea  
 li actione. puta rei ven. 7 si non dicatur proprie debitum  
 Item inquantū Bal. vult alle. Bar. in. l. si vxor. §. i. ff. d.  
 adult. 7. l. q. rome. §. duo fratres. ff. de verbo. obli. q. re  
 mittens omne ius quod habet nel habere sperat remit  
 tere. intelligitur solū illud quod habere sperat. 7 spe tra  
 hente oitum ex causā de futuro. adde q. idem tenuit in. l.  
 si. de pacē. 7 latius idem Bar. exaninavit i. l. post emā  
 cipatiōne. ff. de liber. lega. vide Bar. in dispu. que inci  
 pit. dicit statutum antiquum 7 gl. in consue. neapl. si mo  
 riatur aliquis. in ti. de success. intesta. 7 Angel. in. l. gall.  
 §. 7 quid. de lib. 7 posthu. in glo. emancipa. ibi nō. De.  
 in. ij. car.

Quando filia repellitur a successione statutorum.







et masculino decedente rumpetur. ut. l. miles ita. ff. de testō militis. et predicta investigatio est necessaria ad questionē quam habui de facto in hac civitate pater filium instituit filiam unptam dotatam preterijt et adiecit qd si non valet vel ualebit iure testamenti valeat iure codicillorum contingit qd filius decessit superstita filia que dicit testamentum nullum. et constat predictum testamentum nullum esse. Sed dubitatur de fideicommissis. quo videtur granata per illa verba si non valet et. sed certe si testamentum retro nullum esset hodie declaratur tunc dies fideicommissi cessit in vita filij instituti. et ita filia tenetur hēdibus eius restituere si testamentum omnino filio uiuo ualuit et post mortem eius annullatur. constat qd illa conditio si non valet et. habuit effectum post mortem eius et. et sicō uiuo non cessit dies fideicommissi ergo hēdibus eius non debet sed remanet apud filiam grauatam. ut. l. i. §. ne autem. C. de caducis tollen. et. l. si in personam. C. de fideicommissis Et super premissis consuluit Bar. quorum consiliorum tenor talis est factum sic se habet. Quidam nomine dominus Jacobus habens in potestate filium. B. et filiam dotatam ab ipso domino Jacobo nomine. A. suaz condidit ultimam uoluntatem cuius tenor talis est. In nomine domini et. Mortu⁹ ē predictus dominus Ja. superstitib⁹. l. B. et. A. predicta dotata quoniam. B. post mortem dicti domini Jacobi sui patris sciens dictam ultimam uoluntatem sui patris imiserit se bonis paternis et bona pater na possedit usq; ad tempus sue mortis. qui. B. suum condidit ultimam testamentum in quo dominam Constantiam eius uxorem sibi uinnersalem heredem instituit tandem decessit dictus. B. sine filiis masculis superstitibus tamen eidem filiabus legitimis et naturalibus institutis a dicto. B. in certa re. modo dicta domina. A. filia dicti domini Jacobi soror istius. B. premortui uenit ad hereditatem istius domini Jacobi et dicit se habere dimidiam dicte hereditatis. negantes dicta domina Constantia. et modo queritur utrum dicta domina. A. aliquid habere debeat de predicta hēditate. et si aliquid habere debeat quantum. uisus dicta ultima uoluntate dicti dñi Jacobi. et statuto cōmūnis perusij et allegationibus partium qd statutum dicat qd filia dotata non possit reuerti nec uenire ad bona dotantis vel descendentiū ab eisde quousq; supuixerit masculus que omnia uobis mittimus uideā et examinanda sub sigilli nri munimine interclusa. Et ad investigatiōē qōnis predictae ante oīa ē uidentem. quo iure petat dicta dñā. A. circa qd dicendum est qd dicta domina. A. nullo alio iure uenire pōt nisi dicēdo testm nullū qd pterita. sed hoc ptextu uenire non pōt. ut. j. ostendā Et sic concluditur qd dicta dñā. A. de hēditate predicta nihil habere debet. qd aut hoc sit uerū probat rationibus infrascriptis. Primo si illa filia pterita testm non rumpit. qd ab intestato nō succedit. ut. l. i. §. pe. ff. de bo. poss. contrabul. et. l. si necesse. §. si deponatus. ff. de bo. lib. hec filia non succedit ab intestato existēte masculino filio. ut ex p̄sse cauet. statuto cōis Perusij quo ptinet qd filia dotata nō possit nec regressū habere ad bona p̄ua quousq; filius masculus uixerit. Sed p̄dicta respondet p̄ aduersarios. qd p̄dictum statutū excludit filiam quousq; supuixerit masculus. sed nunc filius desinit extare. ergo filia femina admittit. Ad hoc respondet qui hoc dicunt significatiōne huius dictōis quousq; nō itelligit. Nā nō ē uerū qd ex uenire huius dictōis quousq; filia exclusā admittat deficiētibus masculis. casus ē. ff. de man. testa. l. speratores. ubi ē casus qd illa vba quousq; et. non sūt sufficiētia ad reuocandā hereditatē iam filio delatā et acquisitaz. Et hoc expressē tenet Inno. in. c. cū bone. extra de etate et q̄li. ubi dicit qd vigore huius dictōis quousq; dispositio pambula

non uiciatur ipso iure adueniente cāu. sed opus est noua dispositione. et puta si clericus ē suspensus quousq; satisfacta secuta ē satisfactio nō cessat suspēso nisi de nouo reuocet. et hec exclusio scā de filia quousq; supuixerit mascul⁹ aduenire cāu qd mascul⁹ decedat. nō d̄z reuocari nisi ex p̄sse fuerit dispositū. Preterea filius masculus fuit hēs p̄ris sui et sic p̄ additionē desijt eē. i. hēditate p̄ris sui. cepit enī eē uiuam cum hereditate filij. et sic de hereditate filij ē tractandū non p̄ris. ut. l. sed et si plures. §. filio. ff. de vulga. et pupil. Aut ergo ista filia uult uenire ad hereditatē p̄ris et non pōt quia non reperit. Aut ad hereditatē p̄ris et nō pōt quia alij ex testō est delata hereditas tunc p̄cluditur omnino qd dicta filia nihil pōt petere de hereditate p̄ris. Preterea qd filia dotata penitus excludatur nec possit reuerti ad successionem patris post mortē filij masculi. apparet ex eodē modo statuto qd incipit. si q̄ mulier. ad finē ipsius. in. §. itē si alijs pater. ubi dicit qd et filia non dotata dotet et ex tunc excludat a successione p̄ris et aui. Notandū tñ est qd dicit excludatur simpliciter. nō dicit quousq; supuixerit masculus ergo et. apparet ipam penit⁹ excludi et et mortuo masculino non uocari. Preterea qd dicta filia excludat ē exp̄ssum i corpore statutorum qd incipit p̄serti statuimus. ubi dicit qd cogēdi sūt inuolabiliter obseruare testm̄ parentis. supuientibus masculis filiis vel alio descendente ex eo per lineā. qm̄ agnati et. Concludit ergo qd tam in hoc secōo statuto qd et in primo qd incipit. si q̄ mulier. ē exp̄ssum qd filia dotata ad dicta bona nō pōt habere regressum et ita semp est obseruatiū in ciuitate perusij. licet quidā p̄ suas subtilitates uelint dicere huius sed uimime imitanda sūt q̄ interpretatiōne certā semper habuerunt. Sed posito sine p̄iudicio uitalis qd filia p̄terita possit dicere testm̄ nullum. uidentū ē quid ad eā de dicta hereditate ptineat cū si dicta filia ab intestato succederet qd in dicto testō est apposta clausula si nō ualet uel ualebit iure testamēti. et sic uidef rogata de restituendo portionē suā dicto filio instituto. et sic uidentū ē quid et quantum filia p̄terita de hēditate habere debeat. Circa qd plura investiganda sūt. Primo si dicta clausula ualet et. non ponit ad hunc casū qm̄ testm̄ rumpit ex cā p̄teritiōnis glo. i. aug. ex cā. C. de liber. p̄teritis. tenet qd nō. et suū ad dicto Jacobi de bel. Sed huius habemus. in. l. si patroni. §. si. ff. ad trebel. et idē By. et oēs moderni qd p̄bat sic paria sūt relinquere a uenientibus ab intestato et dicere si nō ualet iure testamēti ualeat iure codicillorum. ut nō. C. de fideicommissis. l. ex testō. et. l. qd aut. i. pu. ff. si qd obmissa cā testamēti. et. l. codicillis i. ff. de le. ij. et ibi de hoc p̄ By. si si testator rogasset ueniētes ab intestato filius et p̄terit⁹ teneret. ut. l. si qd cū nullū. ff. de iure codicillorum ergo et. Sed p̄ hoc uidef. de le. ij. l. ij. ubi a filio p̄terito nō debetur legata vel fideicommissa. Sed responderet qd ibi loquitur de legatis uel fideicommissis relictis ab ipso filio p̄terito ex testō. Questio nostra loquitur de his q̄ relinquunt generaliter a uenientibus ab intestato. et hoc indubitanter uerū ē apud oēs. Sed uidentū est utrum in fideicommissis ueniat petitio hereditatis. q̄ ab intestato desert⁹ posito qd sit locus fideicommissis. ad qd responderet indubitanter qd uenit dicta portio hereditatis. ut nō. de testamētis. l. ex his v̄bis. de testō militis. l. querebat. v. utrum aut. et sic dicta filia p̄terita si ab intestato succederet d̄z portionē suā s̄i instituto restituere detracta legitima tñ ut. j. dicit. Tertio ē dicendum an dies fideicommissi cessit dicto fratri instituto uiuente et sic ad heredem suum transmisit. an non et sic ad heredem nō transmiserit et dicunt dicti moderni dies dicti fideicommissi uenit uiuo filio instituto. nam statutum impedit dictam filiam uenire quousq; uixerit. masculus et sic demū post mortē mascul⁹ incipit posse uenire et rumpere



re testā. 7 sic dicta conditio si non ualet iure testamēti ul-  
ualebit 7c. incipit stare post mortē filij. 7 sic dies fideicō.  
non cessit in eius psonam. ad quod respondet sic. aut di-  
cimus testm̄ non rumpi 7 habemus ppositum vt in pri-  
ma parte istarū allegationum vt dictū est. aut dicimus te-  
nendo opi. aduersariorū licet non veram q̄ testm̄ rumpit  
7 tunc indubitanter dicendū est q̄ nunc post mortē filij  
apparet testamētū retro fuisse nullū. Preterea lex pre-  
cipit filiū non debere preteriri a testatore. nisi ex certis cau-  
sis que sunt. xij. vt in auē. vt cū de appella. cogno. §. illud  
quos. 7 in auē. non licet. C. de liberis pteritis. sed causa  
que allegatur. ppter quā filia fuit pterita non est de illis  
ergo 7c. Itē si esset causa legitima de iure cōmuni pmissa  
vel iure municipalī non sufficeret ad pteritionē nisi a pa-  
tre fuisset expressa. vt dicta auē. non licet. que expressa hic nō  
fuit. postea aduersarij videntes dictā altercationem quas  
fecerant q̄ testamētū rumpatur post mortē non susti-  
nere dixerunt dictū testamētum non rumpi in vita nec  
post mortē. 7 sic conditio dicti fideicōmissi que ē 7 si non  
ualet vel ualebit 7c. nūq̄ extitit. dicebant enim q̄ dicta  
filia pterita vocatur ad dimidiā dicte hereditatis ex vigo-  
re dicti statuti ex eo q̄ prohibet eā soluz quousq̄ uixerit  
masculus. 7 p hoc allegat. C. de fideicōmissis. autē. hoc  
amplius. 7 in corpore vnde sumit vbi hereditas uni ex te-  
stō q̄ sita ex dispositione legis transfertur ad alium. nec tñ  
testator efficitur intestatus. ita dicit q̄ portio hereditatis  
ad filiam venit nec per hoc testamētū nūciat. ad quod  
respondendū q̄ dicta allegatio est peior pcedenti. nam in  
dicta auē. hoc amplius. transfert hereditas exp̄sse d̄ vno  
in aliū propter heredis delictum. Sed in q̄one preposita  
statutū nihil disponit p̄ heredem post mortē filij. dicit  
enī q̄ non posset reuerti ad bona usq̄ uixerit aliq̄ mascu-  
lus. vnde deficientibus masculis statutū istud non uocat  
eū. nec de ea aliquid dicit. 7 si tacite intelligeret aliquid  
disponere intelligit q̄ remaneat filia post mortē filij in  
dispositione iuris cōmunis in qua erat ante statutū. s̄ de  
iure cōmuni non potest venire nisi dicendo testamētum  
nullū. 7 sic concluditur q̄ si dictū testamētū ē nulluz bo-  
die apparet retro fuisse nullū. **T**ertio queritur euz re-  
stitutioni fideicōmissi locus esset que dicta filia debet de-  
trahere. respondeo legitimā tantū quia non venit in fidei-  
cōmissō. **N**ō obstat glo. opi. in. c. raynuncius. 7 Rayna.  
de testamentis. que loquunt de detractōne legitime 7 tre-  
bellianice q̄ habet locum in rogato sub conditione scuf  
si pure. vt nō. ff. de inoffi. testa. l. papinianus. §. inemini-  
se. in vlti. glo. 7. C. ad. l. fal. l. si vt allegas. 7 in auē. de be-  
re. 7. fal. §. si quis aut non implens. Sed hic ista filia ro-  
gata est pure quia nūc apparet q̄ ab ipō pncipio non ua-  
luit testamētū. ergo concluditur q̄ solam legitimā ul̄ so-  
lam trebellianicam deducet. **B**ar. **I**tē idem Bar. in  
alio p̄silio sic dicit. Querit an nepos ex filia dotata pteri-  
tus ab auo materno possit expugnare testamētū 7 ab in-  
testato succedere non obstante statuto p̄hibente filiaz do-  
tatam succedere patri ab intestato. dico q̄ si fuerit pteri-  
tus ab auo materno posset expugnare testamētū nepos  
siue causa pteritus q̄ de iure cōmuni admitti debet. vt in  
auē. non licet. 7 in auē. ex causa. C. de liberis pteritis. per  
ea que ibi notant. 7 in corpore vnde sumit 7. §. exhereda-  
tos. sed cū de iure municipalī filia testatoris dotata probi-  
beatur succedere ab intestato p̄ suo dico q̄ ex mente istū  
statuti intelligitur ē p̄hibitus nepos iste. filius dicte do-  
tate filie q̄ probō. Ex hoc concludo magnā copā allega-  
tionū que possent fieri in contrarium. nam quotiens por  
in gradu excluditur non ppter mortē vel repudiationē  
uel delictū vel ingratitude que non ponigatur in descē-  
dentes. sed excludatur fauor eius cui succeditur vel alteri

64

ns tunc excluduntur descendentes. Exempluz in vsibus  
feudorum sub rubrica qui dare possunt feudū. c. i. §. hāc.  
v. filia. Excluditur ē filius propter dictam rationem sed  
mens statuti videtur esse preponēdi masculos filiāb<sup>9</sup> do-  
tatis ne patrimonium 7 diuicie testantis deueniāt ad extra-  
neos sed potius familiaris dignitas salua sit 7 in diuitia-  
rū honestate seruet q̄ reipublice interest. vt. l. i. §. pe. ff. de  
ven. i. spici. 7 bene facit ille tex. cū exponi debeat familiariaz  
i. agnationū. vt ibi nō. in glo. 7 pbatur in. l. p̄nunciatio.  
§. de iure cōmuni. ff. de vbo. signi. **P**ro qua rōe ne ad ex-  
traneos deueniat bene facit. l. libert<sup>9</sup> q̄ soluendo. ff. d̄ bo-  
nis liber. qd̄ magis pot̄ i filio q̄ in ipsa filia q̄ eadē rō ē 7  
maior 7 ita p̄ dictam rationē consulo ego Bar. idē Bar.  
dixit in. l. i. §. 7 q̄ sine. ff. de p̄tabu. pone duo statuta que  
p̄sueuerunt eē cōiter per Italiā. vnum est q̄ filia femina  
nō succedat statibus masculis ex eodē patre. Aliud est q̄  
soror nō succedat f̄ri stantibus alijs f̄ribus ex eodē patre.  
**Q**uero qd̄ si stat aliq̄ frater vel filius qui oīno est i ca-  
par an ipediat istā filiam vel sororē succedere. tex. ē in. l. i.  
§. 7 qd̄ si tantū. ff. de p̄tabu. videt q̄ non. vt i. l. si necesse  
§. si de portatus. ff. de bonis liber. cū si. 7 hoc puto rez. di-  
cit Bar. licet in p̄nū faciat. C. de naturalib. lib. auē. l. 3. 7  
per hoc de facto p̄sultus respōdi q̄ si filius superest q̄ est de  
ordine minorū filiā succedere non ipedit. q̄ talis filius nul-  
lo mō est capax b̄ditatis vt in cle. exiui. de vbo. sig. Sed  
pone q̄ talis filius vel frater nō ē oīno icapax sed tantū i  
p̄posito ipeditur succedere. vbi gr̄a decedit relicto fratre.  
ex p̄re tantū 7 relicta m̄re 7 sororē ex vtroq̄ parente hoc  
casu ille frater ex s̄re nō pot̄ ei succedere q̄ p̄fer̄ ei mat. i  
auē. defuncto. dubitat an frater ex vtroq̄ parte posset cū  
m̄re succedere videt q̄ non pp̄ statutū qd̄ dicit stantib<sup>9</sup> f̄ri-  
bus nō succedit soror. sed nūc extat ergo 7c. p hoc vide-  
tur i auē. l. 3. C. de natu. lib. In p̄nū videt q̄ ille frater de-  
beat succedere in illa dimidia in q̄ d̄ succedere soror cum  
ex eius p̄sona excludit soror. vt. l. eq̄simū. ff. ad tertul. 7. l.  
ij. §. obijcit. e. ti. **E**cōtra videt q̄ soror ip̄a succedat exclu-  
so s̄re per matrē. vt. l. ij. §. si sit cōsanguinea. ff. ad tertul.  
**Q**uid dicemus hoc ē dubiuz anteq̄ veniamus ad deter-  
minationē p̄ solutione dictarū legum. dicas q̄ ille q̄ est re-  
motior me excludit euz qui excludit me. aut ille remotior  
succedit in locū ei<sup>9</sup> in quē excludit 7 tūc ille succedit 7 ego  
excludor. vt. l. ij. 7. l. equissimū. §. obijcit. ff. ad tertul. naz  
ibi auus excludit patrē 7 succedit in locū p̄ris filij quo ad  
eū merito excludit matrē sicut ip̄m p̄rem. q̄nq̄ non succe-  
dit in locū ei<sup>9</sup> 7 tūc aut ille quē ille remotior excludat me  
ideo q̄ h̄z potenti<sup>9</sup> iū i successionē. 7 tūc ego nō excludor  
s̄z potero ad successionē uocari iure meo. pinde ac si ille ex-  
clusus nō eēt. vt. l. ij. §. si sit p̄sanguinea. ff. ad tertul. aut nō  
excludit eū sed q̄si deficiat p̄ditio q̄ vocabar ad successio-  
nē. 7 tūc nō potero admitti. vt in auē. licet. C. de natura.  
lib. ibi enī excludit filius nālis pp̄ piugē nō iō q̄ comiunx  
h̄z potētis iū i successioē. sed iō q̄ lex uocari voluit nālē  
sub ea p̄ditōe si piunx nō eēt ideo nō attendit vtrū illa cō-  
iunx succedat uel nō. **N**ūc ad p̄positū vidēda ē gl. quo iu-  
re frater excludat statuto vetate sororē succedere. breuiter  
isti ablatiui absoluti resoluunt i p̄ditionē. vt. l. a testatore  
ff. de p̄di. 7 demō. 7 de euic. l. euic. tñ in casu p̄posito pu-  
to q̄ faciat dispositionē vt ēt iducat vt frater succedat 7 f̄ri  
p̄ferat q̄ eius fauore ē hoc statutū. vt. l. scruo legato. §. si  
testator. ff. de le. i. 7. l. fideicōmissa. §. interdus. de le. ij. 7  
facit. l. fideicōmissa. §. cū eēt. e. ti. 7 sic excludit soror a s̄re  
tantū habēte poti<sup>9</sup> iū iō s̄re excluso a m̄re soror admittit  
vt. d. l. ij. §. si sit. Sed pone q̄ iste filij nō succedit q̄ exclu-  
sus dispositōe defuncti q̄ ex b̄datus a p̄re vel a s̄re p̄teri-  
tus turpi p̄sona nō iſtituta vtrū ipediat filiaz 7 sororē. bre-  
uiter dico dicit Bar. tex. ē de cōiugē. cū ema. liberis ei<sup>9</sup>



l. i. §. si pater. et ibi hoc dicit Bar. qd si iste filius vel frater non succedit pacto exclusus qz hz aliquid et pmissit cu iuramento non venire ad hereditate paternam vel exclusus testis qz institutus in certa quantitate. Respondeo ex eo qz filius ppter hoc aliquid habuit. p inde facit partem alij et alios excludit ac si totaliter succederet. ut. l. i. §. adierus ff. si qd infra. patro. qd e uerum qz facit parte pputatoc legitime et alios ipedit succedere tanqz extraneos fm forma dictoz statutoz tu pteritis ipe non rumpet testamentum qz non debet institui. ut. l. i. §. et quid si tantum. ff. de stabul. sed si filius vel frater non succedit qz non vult vtrum ipedit at filiam vel sorore. videt qz sic p ter. cu glo. in. l. filius. §. cu quis. ff. de le. i. In psum videt ter. in. l. ij. §. cum sic. ff. ad trebel. Respondeo si non vult succedere non obstat sorori. Non obstat qd non. in. §. cu quis. qz ibi filij non ipediabant alios qz habet potetius ius in successione. sed qz condicoz alterius facit deficere. Sed in qone nostra filius filij et frater sorori obstat qz hnt ius potetius. Sed qd si e talis psona qz excludit sed non ppetuo. vbi gratia dicit statum qz filia femina non succedat quousqz vixerit masculus. et sic non ppetuo filius filiam excludit sed quousqz vivit. Bal. i. l. ij. C. de liberis pteritis. sic dicit pater filia dotata pterijt et filium instituit supuixit filius pti dicit testamentum nullum. qritur an possit supposito statuto cois Perusij dicente qz filia dotata non possit venire nec reuerti ad bona dotantis quousqz supuixerit filius masculus. Circa qd dicendum est qz indubitanter dictu testm nunc nullu est et filia dotata pterita hodie pot dicere testm nullu. et hoc vult statutu qz noluit solui ea excludere a bonis quousqz masculus supuixerit. et sic eo mortuo ea admittit qz pbitum ad tpus post tpus videt esse permissum. ut. l. i. perator. ff. de postula. h ita e qz retro fuit nullu. sic pbat. ille pteritus non pot dicere testm nullu q tpe mortis non debebat de necessitate institui ff. de iniurto rupto. l. si qs ex hedito. in. l. ij. si ergo dicemus testm viuo filio ee aliqd et p pns filia tpe mortis non fuisset necesse institui. ergo hodie non rumpet testm. vt i alle. l. si qs. in. p. cu ergo filia dicat nullu. ergo de necessitate habes pponere qz hodie apparet ea ee talis pditionis qz tpe mortis debebat institui. Pterea hoc apparet p glo. l. gallus. i. §. et qd si un. ff. de lib. et posthu. vbi filius deportati post morte pris instituit itegz. tu non dicit testm nullu nisi restituat ex ca qz retrotrahit. vt ibi p i fine glo. aut ergo ista filia dotata icipit post morte filij ee habil ad succedendu ex ca qz non trahit retro et non posset dicere testm nullu. aut ex ea qz retrotrahit et cuz pstat testm retro fuisse nullu. iste roes de necessitate pcludit. Pterea ex eo testis qz spaci rupi ex ea pteritois non pot adiri heditas neqz suus hēs existit. vt. ff. de acq. here. l. cu quida. §. qd dicit. h istud e huiusmodi qz si ptingat filiu decedere sine filijs filia fuit pterita. et sic testamentu nullu ergo filij masculij ex eo testis non pot ee hēs. ergo pcludit de necessitate qz dictu testamentu retro fuit nullu ex earoe qz ex dicto testis no fuit adita heditas ne su hēs existit. Pterea pdicta pbantur p casus similes. Prio de posthumo pterito qz non pot dicere testamentu nullu quousqz e i ventre. tu natus retro rumpit. Itē i filio capto ab hostibz pterito qz non pot dicere nullu quousqz e apud hostes tu reuersus rumpit retro vt iura dicunt. Pterea hoc videt qz i his terminis expssu. ff. de bo. pos. fm tabu. l. eqsimu. circa pn. ibi expectadu h et. vbi dicit qz diu supest aliqs qz possit veire p ptabu. sicut hic dicit statutu qz qz diu supest masculus non veniat femina. Ado poe qz illi qz put venire p ptabu. sut exclusi morte vl alio mo. certe tuc instituti veniēt p fm tabu. no vt ex unne pfirmet testamentu h tanqz firo ualuit testamentu. ergo vtr istoz vboz qz diu et. iteri suspendit. tu pot retro fingi. fm Bar. qz ita pssuluit. et p hoc pcludebat Bar. qz clausula si

non valet iure testamēti valeat iure codicillorū que erat in predicto testō apposita tanquā retro vera habebat operare suū effectū. put ego dicit Bal. dixi in aug. ex ca. cui ego Bal. p dicebam omnino dū eram aduocatus partis ad uerse qz dicta clausula non poterat operari qz illa pditione si non valet et. nunqz fuit ipeleta viuo filio masculino. sed demū eo mortuo. et ideo fideicomissu pditionale non tramisit. vt. l. hēdes mei. §. cum ita. ff. ad trebel. et nō. in. l. cu filio. ff. de le. i. et l. i. C. de his qz an aptas tabu. dicebam ergo qz testamentu erat nullu ex nunc id est post mortem filij non retro. super qz qone Ray. de solitio. et collegium senen. consuluerunt qz dicta filia nihil poterat petere nec nullu dicere testamentu qz tempore mortis pris et adite hereditatis p filiu masculum se inuenit exclusā ex forma statuti. et ideo nunqz pot redire ad ius dicendi nullum nec de iure ciuili nec de iure ptorio qz inuenit heditatez alteri applicata. ar. C. de secūdis iur. l. in qbus. nullitas cui nisi sit tpe mortis cofirmat testamentum expugnabile vt. d. l. si quis filio. et ideo in tota. l. gallus. non pssideratur nisi quis precedat tempore mortis testatoris. nā si tunc iuris obseruancia non deficit testamentu inexpugnabiliter ualet. et in hac pte non fuerūt secuti pssilium Bar. sed pccise pssuluerunt p partem meam. Sed collegiu florentinu pssuluit pro parte clientule mee et qz ipsa succederet in dimidia. non obstante dicta clausula. et idem consuluit recolende memorie. Franciscus tigrini de pisis. et rsidebat ad leges ptrarias qz ista filia erat heres anomala et concedebat qz hereditas tota fuerat ad filiu applicata. sed nibilo minus ex dispositoe. l. municipalis. pro pte dimidia eiusi poterat filio masculino mortuo sine liberis. nā hoc non est vez qz ex dispositione viuis desinat et alter icipiat ee hēs vt nō. in. l. in substitutione filij. ff. de vulg. et pupi. et insti. de eo cui liber. causa. in. fi. Nam statutu infringit regit las iuris communis excludendo filiam ad tps vite fris et postea includendo ipsam et reintegrando ipsaz ad successione post mortem vite fratris. ar. ff. de leg. ij. l. statuli beru. §. itebū nere. ergo filius fuit hēs interim insolidus ex testamento et non uiuo filio sed mortuo filio redit ad causam intestati ex pteritois defectu. et sic ea finalis que medio tempore obsistit mulieri deficit p morte masculi. ita qz femina potest succedere sine masculino vt ex nūc. i. post amotionem cause finalis obstaculi. qre pssilium domini Ray. non placet dicit Bal. qz nos sumus i materia statuti non i simplici materia iuris cois. Item consiliuz Bar. nō placet Bal. qz sequeretur qz sterim masculus non eet heres nec possit agere nec pueniri. uel posito qz possit conueniri per. l. si. C. de peti. here. tamē agere non posset. vt ibi notat ut. l. i. §. apud inhanum. ff. depositi. Et si queraur an ista filia interim decedens transmittat istud ius dicendū nullum ab suis liberof. et uidet qz non. Itaz istud ius dicendi nullum est interim conditionale. seu in diem incerta. ergo non transmittit. ff. de condi. et demon. l. heres meus et. l. quibus diebus. §. quida ticio. Itā tu dixisti s. qz interim filius efficaciter e heres. ergo filia non haberet ius deliberandi nec aduendi et oportet dicentem nullu alteru de pdictis iuribus habere. ut nō. in. l. si ius. C. de repudian. heredi. si ergo nihil hz ergo nihil trāsmittit. vt l. cu antiquioribus. C. de iure delibera. et ita decidendo tenet Bar. in. l. si. C. ad tertul. Sed pnu videt. uerum si tu tenes alia opi. qd testm fuerit retro nullu. nā e casus i l. qd transmittit. h decederit ateqz poterit d nullitate agē ff. de liber. et post. l. si a pre. Si aut tenes qz interi testamentu tenet et ualet cu effectu nō fieret trāsmilio iuris. dicēdi nullu sic cu decedit posthumo testator qz tale ius nō e adhuc i potētia effectuali ad aliqd. Subitat tū de legitima an transmittat ius petendi legitimam. et uidet qz



fic ut. l. si quis filium. C. de inoffici. testa. In contrarium  
 videt qd cum interim filia sit exclusa neqz iure civili neqz  
 iure preterito hz qd interim transmittat: ut. ff. de bo. pos.  
 l. non e ambigendum. §. si. nisi dicat q legitima sibi det  
 eriam interim: hz non possit petere in vita patris. nam sta  
 tutum non pnat eam precise. hz imponit ei t pale silentiu  
 z non intndit statutu als facere nisi qz femina si agat p  
 masculu. interim qz femina hz ius in habitu: sed si in exer  
 citio z ad transmittendu sufficit ius in habitu bze: ut. d. l.  
 si qs filium. z facit. ff. de ptabu. l. illud. §. si. ff. ad fill. l. si  
 qs magni. §. si. cum. l. seq. Itz ista legitima censetur es  
 alieni. z ideo equa opi. videtur qz trasmutat in posteros  
 ab ea. ipsa interim decedente: qz ius coe defert z statutu  
 non aufert. hz suspendit ad tps z hz tps sit incertu non dz  
 hzi p conditione: hz p dilacione favore filie: arg. l. ex bis.  
 C. qn dies le. ce. Et qz no. ff. ad trebel. l. scijs saturnin?  
 z ita de sed pultuz fuit p quosda docto. subtiles. coiter tu  
 doc. p. opinant qz iura qz ppetuira sunt alicui p mortez al  
 terius z non ass: siue sint vlia: siue quasi vlia: siue simplr.  
 pticularia interim non recipiunt transmissione. Item si v2  
 posse negari qz ista sit filis mortis ca capioni. z talia iura  
 nisi sint certa si transmittunt. C. de cadu. tol. l. i. §. si aut  
 aliqd. z. §. si. idem vo Bal. sup cadem ma quasi in eisdem  
 terminis in. l. si qs filium. C. de inoffi. testa. sic dicit. Sta  
 tuto canet qz filia dotata a patre si succedat qz diu existat  
 filius masculus. mo pater qz dotauerat filiam fecit testiu i  
 quo testio filiam pterijt filio herede vli instituto. inserta  
 clausula qz si non valet vel valebit iure testi valeat iure co  
 dicilloz. tade iste filius decessit sine filijs. ista femina supri  
 uenis vult testametu dicere nullu eo qz fuit pterita a pre.  
 modo querit an possit z si pot testametu dicere nullu: ga  
 hz esset pterita pteriri potuit de iure: qz frater eaz pcede  
 bat tpe mortis testatoris. Et dicit ipse qz erat casus in. d.  
 l. si qs filio exheredato. in pu. z. l. gallus. p tota. Pre  
 terea si e dubiu qz filius donec vixit fuit heres insolidu ex  
 testio: hz testametu valuit. si hz testametu assumpsit effectuz  
 impossibile e qz post dicat nullu. qz sic pbo: qz si impossibile  
 esset dici nullu interim adiri no posset hereditas de iure  
 civili: sed solamodo posset bonoz possessio fm tabulas  
 pcti: ut. ff. ad carbo. l. si impubes. §. questuz. Presuppo  
 sito ergo qz ex dicto testamento potuerit adiri hereditas  
 de iure civili necessario sequitur qz dictu testamentuz non  
 possit dici nullu. ergo non vocabit filia p ius dicendi nullu  
 Item nec p querela inofficiosi quia non fuit exheredata.  
 Item quia habet dotem a patre z sic magis debet agere  
 ad supplementuz. ista ratio vltima non pcedit quia cum  
 nullum habeat titulum institutiois non habet locu actio  
 agendi bodie: Item qz ista filia non possit trumpete nisi p  
 viam querela. facit. ff. d. inoffi. testa. l. pater filiu. Pretea  
 ad idem filius masculus semel fuit heres in testamento:  
 ergo hoc nomen heredis imperpetuu no potest desine:  
 ut. ff. de mino. l. qd si sine. §. hz qz papinianus. Sz ad ista  
 roneim non pot responderi qz lex pot hoc facere qz iste q  
 est heres desinat oio ee heres: ut no. ff. de vulga. substi. l. i  
 substitutione filij. Bar. banc qonez mouet. ff. ad tertul.  
 l. si. Et ibi determinat. aut statutum dicit qz filia succedat  
 stante masculo tunc intelligit tpe mortis patris: ut. l. si qs  
 filio. aut statutum dicit qz filia no succedat qz diu supuixerit  
 masculus tunc ius filie non aufert: sed differtur in tps  
 certum. dicit qz interim e in pendenti z qz mortuo fratre  
 sine filijs. ista filia pot dicere testametu nullu. z tunc re  
 tro apparet testametu fuisse nullu. z hoc operat clausu  
 la codicillaris. Sed si ista opi. esset vera dicit Bal. seque  
 retur absurdu qz masculus interim no essz heres de iure  
 civili nec possz actiones hereditarias monere vel suscipe  
 ut heres qd esset absurduz z contra mentem statuti. z io

dato qz interim iste masculus e heres etiaz de iure civili.  
 z qz eo mortuo sine filijs restituitur filiabus ius dicendi  
 nullum qz ppter masculum non habebat. sic ergo istud  
 testamentum e in casu rupture mortuo filio. z ideo clau  
 sula codicillaris nihil operatur: quia prius e mortuus ma  
 sculus qz ster conditio illius clausule: vide masculus fidei  
 comissum importatum p clausulam pendente conditioe  
 decedens non potuit transmittere: ut. l. i. C. de bis qz aff  
 apertas tabn. i hac opinio. erat recolende memorie. dñs  
 meus dñs Franciscus tigris. de pisis qui dicebat qz ista fi  
 lia erat heres anomala in qua no seruatur regule iuris  
 cominus: sed simplex forma statuti. z allegat glosam sin  
 gularem que est in situ. de eo cui liberta. causa. in fine.  
 opi. Ray. tenuit collegium senesi. opi. Francisci tenuit  
 collegium florentinum. Sed qd si ista filia decedat viuo  
 fratre. an filius habeat ius rumpedi mortuo isto suo auu  
 culo sine liberis. Respondit Bar. qz aut ille nepos vult ve  
 nire ex psona matris z non pot. aut ex psona ppria z pot  
 pro qua determinatione facit qd dictu e sup. sed hoc no  
 videtur vey: quia in isto toto est considerandu duplex vir  
 tus si vtrius istius masculi inclusua z in hoc statutuz di  
 sponit pure. scda est virtus istius acquisitionis tacite resolu  
 tiua postqz masculus non erit. z in ista secnda virtute sta  
 tutum habet in se conditione que respicit filiam. si hz ista  
 conditio deficit in filia remanet caput inclusum filij ma  
 sculi puri z libez. ergo non videt qz nepos idest filij filie  
 admittatur ad repuganduz inuenit ius auunculo pfecte  
 z impugnabiliter acquisitum amota idest moitna matre q  
 ex beneficio statuti poterat admitti. z filia verba de du  
 plici virtute ponit Bar. fm Ric. nialu. ff. ad tertul. l. ij.  
 §. videndu. z si iste masculus dilapidat bona nuqz sozoz  
 potest compellere eum ad concendum de non alienando  
 nec dissipando bona. Bar. dicit cogitabis. ego dic Bal  
 dico qz pot cogi si incipit lapidare ul e suspectus: ut. ff. ad  
 trebel. l. imperatores. z. ff. qz satida. cogan. l. inter omnes.  
 Idem Bal. questione predicta in. l. si quis posthumos.  
 §. si filium. ff. de libe. z posthu. pertractauit ubi sic dicit.  
 Dicit statutum qz filia femina qz diu masculus supuixerit  
 non succedat. modo pater hns filium z filiaz instituit he  
 redem vniuersalem filium adiecta clausula si non valet  
 iure testamenti zc. z filiam pterijt tandem pater deces  
 sit z filius se immiscuit hereditati. deinde decessit filius  
 filia pterita vult dicere testametu nullum. allegat eni  
 qz obstaculum filij e ablatum z amotuz z qz finito puile  
 gio filij premortui ipsa filia reperitur in iure coi: ut. l. sed  
 z milites. in pu. ff. de excusa. tu. Modo querit qd iuris  
 ista magna questio fuit de facto hic z fuerunt cofilia lata  
 per collegia in pstrarias partes. nam qz filia non possit di  
 cere testametu nulluz pbatur tribus ronebus. Prima  
 rano est ista quomodocuz testametu e tale qz ex eo mo  
 riante testatore pot adiri hereditas de iure civili nunqz il  
 lud testametu pot dici nullum rone preteritionis: ut. l. si  
 quis posthumos. §. si filius. ff. de libe. z posthu. qz qz diu  
 esset incertum non posset adiri hereditas ex testamento:  
 qz se habet ad esse z non esse. ff. si pars hereditatis pe. l.  
 illud. ff. de acqren. heredi. l. cu3 qdam. §. qd dicit. hz istud  
 testametu est tale qz pot adiri hereditas post morte pris  
 ergo non pot dici nullum rone preteritionis. Secdo pro  
 batur per aliam ronez sic ille demu preteritus dicit testa  
 mentum nullu quem testator tpe mortis tenebat institue  
 aut exheredare: ut dicto. §. si filium. z. l. si qs filio. in pu.  
 ff. de iniusto rup. z. C. de inoffi. testamen. l. si quis filius.  
 sed tpe mortis non tenebatur per filiaz instituere vel  
 exheredare. ergo preteriendo filiam nullam fecit filie in  
 iuriam: vnde merito testametu non debet rescindi cu3  
 pater fm obseruantiam municipalis iuris testatus fuit.



